

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XI. Quæ orationis impedimenta sint, & vitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

cus amicum mediâ nocte conveniat, & panes hospiti apponendos petat, etiam si alter cunctetur, & fores jam obseratas, domesticos jam quieti datos, se verò surgere non posse objiciat; si famem alter pulsare, & rogare panes non cesset, demum importunitate precum & perseverantia è lecto excutiet amicum, qui vi-
Luc. c. 11.
v. 9. & 10.
I. 18.
v. 2. & seq.

cus petitione crebris reperiatur, dabitque panes, quotquot voluerit. Et ego dico vobis, ait Dominus, petite, & accipietis, querite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit; & qui querit, invenit, & pulsant aperietur. Eodem spectat illa Domini parabolæ. Iudex erat civicus, Dei hominumque contempator. Hunc vidua crebris obsecrationibus compellabat, ut sibi ab adversario tutam agere licaret. Multo tempore surdis fuit auribus iudex. Tadem tam crebro rogatu fatigatus: Etsi, aiebat, ipse secum, nec Deum, nec homines reverear, quia tamen haec vidua mihi toties molesta est, jus illi dicam, capique ab aduersario vindicatum ibo. Deus autem, ait Servator, non facit vindictam electorum suorum clamantium ad se die nocte?

Deus vult
cogi fide-
lissimā
precum
perseverā-
tia.
S. Ephrem.
in Pan.

Persuadere vult Deus, & velut cogi fidelissimam precum perseverantiam. Hinc Ephremo, Syro teste, illud satanæ opus est, ut cogitationes orantis in infinita jaculetur, nec sinat hominem in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Novit quippe, quod si perseveret deprecans, exaudiet eum qui fecit illum, etiæ innumerabilia peccata admiserit. Ita satanæ occupatissimus est, omnemque movet lapidem, ut impedit, turbet, subruat & evertat precandi constantiam. Hic hostis,

Cui nomina mille,

Verg. I. 6.
Æneid. 22.
ii. med.

Mille nocendi artes, nihil non tentat, eo fine ut qui orat, fastidium concipiatur, & omnem animum prolixius orandi objiciat. Agnosce satanæ voces: Quid agis, haec eadem tates ingeminando? seit utique Deus, quid tibi desit, quid te affligat. Satis est semel iterumque sua Deo necessitatim exposuisse. Scriptum est enim: Antequam clament, ego exaudiem, adhuc illis loquentibus ego audiam.

I. 6. c. 65.
vers. 24.
Luc. c. 18.
v. 1.
Luc. c. 11.
v. 8.
Act. c. 1.
v. 14.
Marci c. 8.
vers. 33.

Itane Scripturas loqueris, argutior nequissime? Rursum scriptum est: Quoniam oportet semper orare, & non desicere. Rursum scriptum est: Si ille perseveraverit pulsans, dico vobis etsi non dabit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter importunitatem tamen ejus surget, & dabit illi panes, quotquot habet necessarios. Rursum scriptum est: Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione. Ergo vade retro satana, quoniam non sapit que Dei sunt. Deus vel ideo sepissimè cunctatur dare quod postulatur, ut tantò perseverantior sit oratio, quanto tardior est imperatio. Virtus est sic esse importunum. Siquidem haec precum importunitas, delimita illa suada est, quæ summa Rationi Deo facilissime, quod vult, perfundat.

Quando igitur non possumus nescire, id omni modo cacoëdemonem moliri, ut si oratiō gem non impedire, saltē orandi perseverantiam possit auferre; tantò igitur importunus orandum ac pertinacius, quanto vel Deus cunctantior nos audit, vel diabolus tumultuosior nos invadit. Ejus animi Iobus: Errans, inquit, occiderit me, in ipso sperabo. Non finam me suppli-
Iob. c. 13.
v. 15.
Ber. 10. 1.
ad Eustach.

cem à divino folio avelli, p[er] plenissimum, usque & usque obsecrationes meas iterabo. Ejusdem omnino mentis Hieronymus: Memini me clamantem, ait, diem crebro junxisse cum nocte, nec prius à pectoris cefasse verberibus, quam rediret Domino imperante tranquillitas. Nimisrum quod altius effodiendo fonte terra egeritur, tanto aqua copiosior invenitur.

Ad hanc ipsam orandi perseverantiam Chrysostomus impellens: Plerumque, ait, torpescimus & refilimus, nisi statim exaudiatur: propterea oro, ut ex his eruditus, non

A egrè feramus, neque segniores fiamus, si non statim audiamur. Fortassis enim Dominus continuam nostram sedulitatem sapienter exercens ita differt, volens ut mercedem quoque patientia recipiamus. Et quia ipse tempus scit, quando nobis utile est asequi, quod querimus. Ergo aſſidui simus in divinis precibus, si quando aliquid à Deo petierimus. Perseverantia oram is balista validissima.

Hæ quæcōr sunt orationis partes? Exordii locum Humilitas, Narrationis Attentio, Confirmationis Fiducia, Epilogi locum obtinet Perseverantia. Feliciter perorat, qui in oratione perseverat.

C A P V T XI.

Quæ orationis impedimenta sint, & vita.

Hospes opulentus, & ut sit, plenus fastidii, in hospitium paganum è viâ divertit. Pauculi homines illic fuerant, qui rem hospitis curarent, muscae, que vexarent, innumerae. Egredit tulus fastidiosus diversitor, tot sibi non vocatos adesse convivas, & cum videri vellet facetior, tandem ad cauponem. Heus caupo, inquit, tot muscis impudentibus sanè convivis separatum mensam instaurat, ego symbolas pro omnibus personam. Caupo magis veste & loco quam ingenio rusticus, urbanè prorsus hospiti moroso respondit: Mi Domine, tu modò convivas hos jube accumbere, ego cibum præspecbo gratis.

Revera specimen dabit imperii planè admirandi, qui muscarum agmen ad unam mensam ita compo-
Eccles. c. 10.
vers. 1.

suerit, ut quiete ac modeſte accumbant. Non minus eum ut insignissimum oratorem venerabimur, quæ cogitationum suarum dominus, imperio non sterili & vano eas intra certos limites coercuerit, qui iussu effaci præcepit: Huc usque, & non ultra. Dixerat blim Ecclæſtaſ: Muſca morientes perdunt suavitatem ungueti.

Greg. I. 18.
Moral.

Cogitationes inquietæ ac turbulentæ cor huma-
Cut cogi-
tations
inquietæ
dicuntur

nūm in diversa distrahentes, non minus importunæ sunt orantibus, quam muscae convivantibus. De his Greg. I. 18.
ritus perdunt, quoniam integratæ ejusq[ue] frui non permittunt.

Dicuntur autem ejusmodi muscae morientes, non solùm quia orationis suavitatem & gratiam exterminant, sed etiam licet utilies futura videantur cum occurruunt, post orationem tamen non magis fructuose, mulce quam res mortuæ deprehenduntur. Simulacra illa, mortuæ, quæ oratione spem magnæ utilitatis offerunt, oratione h[ab]itæ sic evanescunt, ut truncæ & inutilia cada-
vera relinquantur. Muſcae morientes perdunt unguen-
tum orationis. Quæ autem ratione sint ejiciendæ, su-
præ demonstratum. Nunc porrò dicendum, quæ poti-
ficiūm impedimenta sint & vita orationis.

S. I.

Primum orationis impedimentum est, Solatium aut gaudium à rebus creatis enevidat. Nec medicus, orationis nec chirurgus in illas edes vocari solet, in quibus omnes sanò sunt corpore. Siquidem malagnata non nisi laesia membris imponuntur. In eam domum consolator divinus non mittitur, quæ solatii humanis & gaudiis vanis pascitur. Ad eos Paracletus venit, quos in luctu ac inercentes invenit. Salomonis consilium est: Date fieri marenitibus, & vinum hi qui amaro sunt ani-
Prov. c. 31.
mo: bibant, & obliviscantur egestatis sue, & doloris sui non v. 6. & 7.
recordentur amplius. Bernardus divini solatii optimus æ-

Bern. in il-

limator: Pretiosa est, inquit, divina consolatio, nec omni-
no tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau, qui di- nos reli-
xisti: Num tam benedictionem habes pater? Quan-
quimus.

pag. 1016.
melius era dicere cum Prophetā: Vnam petii à Domi-
no, hanc requiram, Indignus enim benedictione cœlesti con-
p[er]ficiatur, v. 4.

vincitur, qui eam dubio querit affectu, aliud sibi refugium A patans.

Hebreus populus annonam è cœlo non accepit, manna non collegit, quamdiu farinâ & cypriâ vicitatavit. Hac consumptâ viâtus depluit è nubibus. Quamdiu solatis aut gaudiis vanis nutrimur, tamdiu jure desituimus divinis: Rara est mixtura profani & divini solatii. Nos equidem cuperemus & hoc & illo frui. Cuticulam curamus sedulò, & vanas voluptatis mel lingimus avidissimè, simul tamen etiam dulcedinem cœlo distillantem ineruditâ gulâ poscimus. Vanas & divinas voluptates eodem vase claudere difficile est. Aves, quæ volant & natant, inter immundas à Mose numerantur; turbidâ voluptatis aquâ natare, & simul in precibus ad Deum evolare velle, immundæ avis argumèntum est.

Nemo se fallat; ut nulla luci & tenebris, sic nulla cœlo & fluxarum rerum illecebris societas est. Continuis dissiditis in homine luctant caro & spiritus; qui parti adhæret uni, bellum incitat alteri; oderit carnem, qui amore dignum censet spiritum. Hoc Hebreus Rex Davi perspicacissimè observavit. Hinc illæ voce: *Renuit consolari anima mea; memor fui Dei, & delectatus sum.* Scio equidem ad stomachum meum non fore dominicum vinum, cœlestes delicias, si devorem melleas mundi placenta. Hinc Augustini monitum est: *Relinque omnia, ut invenias omnia.* Tantò melior erit tua oratio, quanto vita tua fuerit à rebus flaxis abstractior.

S. II.

Secundum orationis impedimentum Curiositas.

*A*pterum orationis impedimentum Curiositas: ò Curiositas, ó verè vitium humanæ gentis! Curiositatem rectè dixeris non quidem vitorum summum, sed ad summam notissimam ducem. Curiositas otiosorum hominum princeps negotiorum est. Hi non solum omnia nostra cupiunt, sed in aliorum sermones & actiones, in ipsas pœnæ cogitationes indagant. Multa legere venustæ dictioris gratia, vel sola sciendi appetentia, mere curiositatis est. Anclonus hanc vitiorum ducem depingens: Curiositas, inquit, est studium perscrutandi ea, quæ scire nulla est utilitas. Quidquid à curiositate velut à matre prodit, plurimum orationem impedit. Oratio velut somnus lenissimus, quovis se repit, turbatur & abrupit. Hinc sacra Salomonis carmina suum sponsa loquorem roties defendunt: ne suscitetur, ne que evigilare faciat, dilectam, donec ipsa velit; orationem ipsius, dum finierit, ne iactum pumpe.

Antonius magnum orantem sol sapienti impedire. Solebat vir sanctissimus sole vel pertino ad tergum occidente, omnem reliquam noctem orando pervigilare; ita ut matutinus sol in orantis oculis infundes, eodem quoquelquerat situ, cum Deo colloquente comprehendaret. Hoc ergo serens Antonius, et in solem excandescens: Quid sol nec impedit, clamabat, qui jam ad hoc oreris, ut me à veri lumini claritate absreras. Hæc eum, inquit Cassianus, in fervore spiritus proclamante audiivimus. Nox ei tota velut unicum, sed dulce ac paulo productius suspiritus fuit. Hic omne cor suum in paternos Dei suos effundebat, hic omne mundum pedibus calcans cum conditore mundi colloquium misciebat suavissimum.

Curiositas est hamus diabolus ad quævis trahens vita. 1. Reg. a. 6. 1. v. 13. Apud hos tales oratores licet discere, quomodo vita curiositate omnis mens humana in Dei manus se transfundat. Curiositas hamus diabolus ad quævis trahit vita. Bethsamitæ, quod Regum salti menorant, non pierate morti, sed curiositate, viderunt arcam, gavisi sunt, quod vidissent. Hæc una curiositas tanopere Deo dispergit, ut virorum principum septuaginta, hominum vero plebeiorum quinquaginta milia pu-

niverit morte. Percusit Dominus de viris Bethsamitibus, ibid. v. 19. Et quod vidissent arcam Domini, & percusit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis. Leve prorsus & puerile videbatur delictum, id tamen maximum exceptit supplicium.

Illa vero peccata curiositas est, quæ in vitam mortalem aliquos alienos occultissima inquirit. Curiosissime mortalium, quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Labeculam in aliena facie curioso dito notas, & in tuâ lordidissimum atrocem non accusas; in aliis damnas morum navellos, in teipso robusta virtus lippiendo transis. Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum. Quidquid tu agis, sancte hypocrita, grandi mensurâ, ingenti supercilico, pondere verborum magno exclusandum & commendandum est: quod alii agunt, hoc curiositas tua gracili mensurâ, levi pondere uituperat; mensura hæc gemina, duplex hoc pondus apud Deum abominabile.

Erinaceum Lex Hebreæ vetus ut immundum animal dannavit. Hoc si tangatur, foris aculeatus globus erinace tangenti, at intus sibi ipsi contractis pedibus mollis pulpa est: ita isti curiosi indagatores ibi ipsi proprii a blandi, asperi sunt aliis & rigidis: quod inquirunt, vident, audiunt, male ac levorum interpretantur, sui ipsorum mitissimi non censores sed laudatores. Horum miserrima prorsus conditio est, qui quidquid alienum est, in malignam interpretantur partem, & cum dicta factaque damnare non possint, damnant animum soli Deo apertum.

Abrahão sepulchre justi à filiis Heth empturo responsum est: *Sepeli mortuum tuum.* Hoc curiosi illis inagatoribus ac perquisitoribus omnibus inculcandum est: *Sepeli tu tuum mortuum; tuum, tuum.* Nos temerari modestæ nimis curiositatis esse, censemus de actionibus exterioribus sentientia ferre, ad cogitationes, ad intimam animorum propria, ad abditissimas pectoris intentiones soli Deo notas decurrimus, & alienos mortuos scelimus. Hunc prodigum, illum preparcum, hunc & avarum, fastuofum illum, hunc nimis humilem, illum iracundum, hunc nimis plumbum & ignavum judicamus. Hæc quotidiana sunt mille audias ejusmodi judicia. O curiose, nimium & temerarie vespillo, quid vivos scelis? tu tuum sepeli mortuum: tuis intendit, quod tui munera est cura, quid aliena scrutaris? Quid funera nihil ad te spectantia deploras? tu tuum plora, & sepeli mortuum. Memineris, te Christianum esse, non civem Atheniensem curiositati natum. De quibus Paulus: Athenienses autem omnes & advenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi. Hinc suos commonefaciens: *Audivimus, ait, inter vos quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes, sed curiosi agentes.* Hac maxima orantium impedimenta sunt, hæc orationis alas incidunt. Aut igitur curiositatem vita, aut oratoris nomen perdidisti.

S. III.

*T*ertiuum orationis impedimentum, *Animi duritia;* quæ duplex est, illa in pauperes, hæc in inimicos & hostes. Durus & alper animus in pauperes omnem orationis fructum eripit. Locupletissimus tefis duplex Salomon: *Qui obdurat aurem suam, inquit, ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudiatur.* Mentione injici Hebreus psalmes aspidi surde & obturatis aures suas, p. psal. 58. Hæc enim, quod Augustinus nos docet, ne carminum incantamenta percipiatur, auriculam unam terra admoveat, alteram conseruo firmate oppillat. Hunc ipsum, anilis est exercet astum pecunie amans, qui hanc quidem aripiam moneta sua applicat, quam minime minuta, & obdam, sed assidue angendam censet, alteram aurem obcurat, asferat res suas.

serat vanâ futuri sollicitudine: quid ego, ait in alios tam largus sim, fortassis ipse penuria premendus? quid filii meis, quid hæredibus relinquam, si ærariolum meum tam nature dissipem?

En surdans aspidem! Ita pauperum clamores obstructis auribus excludit. Huic pro caudâ est vivendi meta. Hæc enim cura plerumque distinet, cruciatque deparcos, ne sibi ante obitum defint necessaria, vel ne filii tenuitatem patrimonii accusent. Quisquis igitur sic aures obdurat, clamabit & ipse, & non exaudietur. Par pari referet Deus, & velut in os obijicit: sicut me famelicâ pauperis voce clamantem non audiisti, ita nec ego te quantumunque clames, audiam. Ad ravim usque clama, nō audio: Auxilium, fidem, & opem meam implora, non audio: Misericordiam & liberalitatem meam invoca, non audio; quia nec tu me audisti clamantem ad te; tuas tibi vices refero. Monui & prædixi.

Vlysses, ut in apogis est, sociorum aures adversus Sirenum voces cerâ munit. Hoc Vlyssis ingenio opulent sed avari Eucliones æmulantur, qui flebiles egenorum preces libelloque supplices ceratis ostioliis excludent. Cera eliquato jam melle arida & insuavis, dicatorum illiberalem, durum, immitem, asperumque animum in egenos aptè notat. Vis igitur, cum clamaveris, audiri? Tu quoque clamantes audi: Cave ullum è paupertinâ tribu præfâ & reijicias. Tibi dictum pata, quod filio injunxit Tobias: Noli avertire faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini.

Sed alia est animi durities in adversarios & hostes. Frustra orat, qui suis obrectatoribus & inimicis veniam negat. Aperiissimè præcipit Siracides: Relique proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Intelligis hoc & capis? & an, quod juberis, facturus es? Iulianis caussas Siracides adjungit: Homo homini reservat iram, & à Deo querit medelam? Nondum haec capis, & necdum agnoscis omnibus, quite læserunt? Audi ab eodem plura. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Non fatis haec luculentur dicta? vis luculentiora? Idem divinus monitor addit: Ipse, dum caro sit, reservat iram, & propitiacionem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? memento novissimorum, & desin inimicari. Etiamnum deliberas, an inimicus tuis ignoscas? num cupis clariora his clarissimis? En ipsum tibi solem meridianum statuo. Christus dilucidissime: Cans, inquit, stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversis aliquem, ut & Pater vester, qui in celis est, dimittat vobis peccata vestra. Quid si vos non dimiseritis, nec Pater vester, qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra.

Hæc ipso sole clariora sunt. Aut igitur inimicis veniam non nega, aut non ora, sic enim frustra orabis. Quod magister à celo confirmans. Si offeris munus tuum ad altare, inquit, & id recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratru tuo: & nunc veniens offeres munus tuum. Nam, ut scias, homicidarum munerâ Deo non sunt accepta. Atqui homicida est, qui odium in animo velut cruentum sciam exauit. Ioannes Apostolus expressissime: Omnis, inquit, qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in semetipso manentem. Affectu & animo certè homicidium coquit, qui odium admittit. Ita Hieronymus: Cum homicidium, inquit, ex odio saepe nascatur, quicunque odit, etiamne necdum gladio percutserit, tamen homicida est. Nam odium est desiderium homicidii plenum. Hinc plerumque qui averso & hostili est animo, si adversarium vel parvulo cochleari posset submergere, hoc sibi balneum iucundum ac utili censeret. Igitur oraturus Deum, exue homicidam, &

A indu Christianum. Quod & Augustinus crebrò inculcans: Odi si fratrem, inquit, & securus ambulas, & con- Aug. ser. 15.
cordare non vis? non agnoscis, quare tibi spatum dederit Deus? p. 15.
Ecce iam homicida es, & adhuc vivis? O quicunque ille es, at- de S. S. 15.
tendis, quid tibi feceris homo, & non attendis, quid tu feceris
Deo? quare non dimittis homini param, ut tibi Deus dignetur
dimittere multum?

Et quod nodo, dic sodes, orationem Dominicam re-
citas, si venias inimico negas? num totam profers? to-
tam, inquis, profero. Nihil ergo verborum retices nil,
ais, reticeo; dico libere. Dimitte nobis debita nostra, sicut
& nos dimittimus debitoribus nostris. Tunc ista ergo im-
pudentissime mentris, & tuum ipse collum laqueo
induis, quando debita tuis debitoribus non dimittis.

Quapropter & Augustinus serio te interrogans: Ne, Aug. 10. 10.
inquit, ignoras inimico, deviabis à Christo? Dignitatem illi ve- serm. 17. &
ram, ne dum fratri tuo negas misericordiam, tibi claudas Pa- & eod. tom.
tris indulgentiam, iudicium enim sine misericordia illi, qui non de tempore
fecerit misericordiam. Hæc Augustinus montis prolixio- mibi pag.
ribus confirmans: Interrogate, inquit, quādo rogatis Deum, 342.
corda vestra; videate, quomodo transmitatis versum istum: lac. c. 2.
Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus 1. 13.
debitoribus nostris. Non eris orans, nisi ista dicas; si alia di- Idem Aug.
cas, non te exaudi illi, quia non ipse tibi dicitur iurisperitus, tom. 8. in
quem misit. Necesse est ergo, ut & quando verba nostra dici- ps. 103. mi.
mus in oratione, secundum ipsam dicamus; & quando ipsa ver- h. p. 485.
ba dicimus, bene intelligamus, quod dicimus, quia manifestam
illam Deus esse voluit. Si ergo non oraveritis, spem non habebi-
tis; si alii erit quād magister docuit, oraveritis, non exaudiemini;
aut si in oratione mentis fueris, non impetrabitis. Ergo &
orandum & verum dicendum est: & sic orandum est, quomodo
ille docuit. Velis nolis quotidie dicendum es: Dimitte nobis de-
bita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris. Vis securus dicere? fac, quod dicas.

Chrysostomus Dei perfornant induens: Quo pacto Chrys. bo. 5.
vis, inquit, ut ea, que in me peccasti, dimittam, qui illorum, in epist. 1.
que in te deliquerit proximus, cupis atque oras, ut ulti exstant? ad Tim.
Quapropter aut orare decline, aut omnibus inimicis
tuis offenditionis veniam impetrare.

§. IV.

Quartum orationis impedimentum, Orantis im- Quartum
munditia. Monoculus, Philofratro teste, lautissi- orationis
mum instituit sacrificium, sed dignus non est habitus, impedimentum:
qui vel placet, vel oculum recipere. Oratio nobile Oratus im-
sacrificium, sed à luscioso vel lippective, aut cæco ani- munditia.
mo non acceptum. Qui orat, & animum quacunque Philofrat.
noxâ letali inquinatum non prius emaculat, indigna- in Appollo.
tionem portius quād favorem provocat. Orationes, in- 2. 1. c. 7.
quit Chrysostomus, puræ esse non possunt, si foeda sit anima, hom. 26.
que parit eas. Et obfcreo, qui tandem possit grata esse min. pag.
oratio illa, si orator omni orbatus sit gratia? Istud à 232.
re simili discamus. Presidens & nimium temeraria sit
homini illius cruditas, qui rotugatos aliiquid, eum optimatim adit, enī l'ose multo exultissimum esse non necit. Mortaliū audacissime: Hunc tibi Dominum prius in amicum & concilia, deinde, quod cupis roga. Ita prorsus, quomodo is preces suas Deo gratas fore somnia-
verit qui gratiam omnem perdidit?

Sed vnde hoc sciām, inquis, me in gratiā esse? Tu tuam interroga conscientiam, cum ea delicti graviores te accuset. Suum illa vulnus non dissimulabit, si læfa sit. Quapropter consultissimum est. Actum contritionis, quem vocant, precationibus alijs præmittere, ad Hanc Lector
in Horologio
anum contractis lordibus expandum. Quod tunc meo descri-
principiū faciendum, si nobis vel minimum suspecti sum & ex-
ficiam, de offensione Deo illatā. Hic prima vox oran- p'iculum
tis, inquit, si miserere mei Deus, aut, Deus propitius esto mihi pecca- invocatus
tori. Divinus psalmus compendio rem explicans: In quietatem, inquit, si aspexi in corde meo, non exaudiens Dominus. Horā 1.
Non ignoras, si peccatum vel blandioribus solūm oculis fa- psal. 65.
v. 18.

lis salutem. Deus me orantem vultu non benevolo respiciet. Ab amicis dulcari vult, aut ab iis certe, qui prius inimicitias ponunt, quam Deum patrem suum appellant.

Isaias vates Hebreus cassæ orationis culpam omnem Israëlis sceleribus impingens: Peccata vestra, inquit, abscondent faciem ejus à vobis, ne exaudiatis. Aures

*Isai. c. 59.
vers. 2.*

*Hier. Thbre.
c. 3. v. 42.
Ibid. v. 44.*

divinas, quod minus preces vestras audiant, delicta vestra obferant. Audit Deus, sed non aversus à te. Hoc ipsum malum Hieremias deflens: Nos, ait, inique egimus, & ad iracundiam provocavimus: idcirco tu inexorabilis es.

Hæc illa nubes est, que inter Deum & hominem operatur, ne transcat oratio. Hæc densa nubila sunt, eomissa criminis, que ascendunt per corde pravo, velut ex uliginosa & palustri terræ. Verum ex atris his nubilis tonitrua, grandines, fulmina prorumpunt, è peccatis ira, indignatio & furor Dei nascitur. Hoc iis singulariter nec sine formidine considerandum, qui sapientius quidem moniti, nihilominus ad genium vivunt, & animo suo non obsequi nefas ducunt. Nec tamen omnem pietatis lensum in se volunt creari extindunt. Hos Salvianus acriter confitens: Quæ oratio est, inquit, ut doleamus nos non audiri à Deo, cum ipsi Deum non audiamus, & susurreximus non respici à Deo terras, cum ipsi non respiciamus ad celum? & molestum sit despici à Domino preces nostras, cùm precepta ejus despiciantur a nobis? Fas nos pares Domino nostro esse, quis est justus queritur locus, hoc pati quemquam quod fecerit? Salvo ex quod probare facile pessum, nequaquam nos pati illa, quæ facimus, & mitius multò nobiscum Deum agere, quam nos cum Deo.

Exploratissimum nobis sit, quod Salomon pronuntiat: Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Et qui obdurat aures suam ad clamorem pauperum & ipse clamabit, & non exaudetur. Hoc igitur semper obverseetur animo: Audi audiendum. Vis preptum Dominum? sis attentus famulus. Alioquin idem Salomon Dei iussu tibi occinet: Invocabuit me, & non exaudiäm: Manū consurgit, & non tenuerit me, eo quod exsahulaverint disciplinam, & timorem Domini non suscepérunt. Iure merite patiens, quod facis. Non audis? nec igitur audiendus es. Par pari referetur. Tu monita spernis, conciones negligis, reprehensionem nullam admittis. Tu quoque sperneris, ne dubita, negligis, & ad Dei conspectum non admitteris. Non audiens non audieris, opposuisti nullem, ne transiret oratio. Ut igitur Deus preces nostras audiat, nos leges Dei audiamus: ut nostras nobis condonet noxas, nos cunctas inimicis nostris ignoscamus injuras, ut nostros supplices libellos admittant, nos quoque aduentum propterum desideria excipiamus. Hæc pari procedunt, paratu. Audi audiendum.

*Prov. c. 28.
v. 9.
Ibid. c. 21.
v. 13.*

*Prov. c. 1.
v. 28. &
29.*

Inimicis ignoscendum si velimus nobis condonari.

Exploratissimum nobis sit, quod Salomon pronuntiat: Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Et qui obdurat aures suam ad clamorem pauperum & ipse clamabit, & non exaudetur. Hoc igitur semper obverseetur animo: Audi audiendum. Vis preptum Dominum? sis attentus famulus. Alioquin idem Salomon Dei iussu tibi occinet: Invocabuit me, & non exaudiäm: Manū consurgit, & non tenuerit me, eo quod exsahulaverint disciplinam, & timorem Domini non suscepérunt. Iure merite patiens, quod facis. Non audis? nec igitur audiendus es. Par pari referetur. Tu monita spernis, conciones negligis, reprehensionem nullam admittis. Tu quoque sperneris, ne dubita, negligis, & ad Dei conspectum non admitteris. Non audiens non audieris, opposuisti nullem, ne transiret oratio. Ut igitur Deus preces nostras audiat, nos leges Dei audiamus: ut nostras nobis condonet noxas, nos cunctas inimicis nostris ignoscamus injuras, ut nostros supplices libellos admittant, nos quoque aduentum propterum desideria excipiamus. Hæc pari procedunt, paratu. Audi audiendum.

CAPVT XII.

Quæ orationis sint adamenta.

Avgusto narrat Suetonius tam delicatas & teretes tuile aures, ut verba edisset obsoletiora, & sermonem amaret purum & elegantem, qui sententiam quam apertissime declararet. Idcirco nonnullus cum amicorum tum cognatorum suorum felicibus perstrinxit. Agrippina neptem laudavit ob ingenium, sed opus est, aiebat, te dare operam, ne molefit loquaris. Marcum Anterium, qui Oratoris nomen affectabat, falsè notabat, velut ea scribentem, qua homines mirarent portius, quam intelligent. Mecenatem virum cetera eruditum, & sibi perquam familiarem, sed styllo lascivitem, delicias parum viriles sectantem, verbis quæsitis, & ad venustatem compotis nimium exuberantem, faceta epistola irritit. Hanc porro epistolæ clausulam adjectit: Vale mel gentium, ebur ex

Hetruriâ, laser Aterinum, adamas supernas, Tyberium margaritum, &c. His jocis amici orationem nimilum cincinnatum exagitans, voces ac sententias impetas, factores appellare solitus est. Sicut forensi Rhetoricae colores sunt, sua, illi lumina, sed scienter iis utendum est: Eodem prorsus modo habet suos & Cœlestis Rhetoricae colores, habet sua quoque lumina, sed opus est, ut iis orator christianus perit sciat ut. Capite superiori orationis impedimenta ac via propinquimus, nunc ejusdem adjumenta, colores ac lumina proponemus.

S. I.

Primus orationis color, *Gratiarum actio*. Metuendum valde, ne plurimi hominum, grandi ære alieno laborent, ob solum gratiarum defectum. Innumeris quotidianis beneficiis à Deo afficiuntur, sed heu rara & frigida est gratiarum actio. A Deo nobis corpus, animus, corporis, animi bona, valetudo, facultates, eruditio, tot præsentis vite commoda, tot futurae certissima promissa sunt. Quid nos leprosi sumus, sanamur sed meritan benefactori gratiam non persolvimus. Revera grandisculpa, tantoque vulgator, quanto minus à tot ingratis hominibus extimatur. Verissime dixit Seneca: Inter plurima maximique viitia, nullum est frequentius, quæm ingratia animi. Aded autem hoc turpe vitium est, et de ingratis etiam ingratii conquerantur, cum in teritum hoc omnibus hæreat, quod omnibus displaceat.

B Non solum ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit, sed etiam qui dissimulat; ingratis sumus omnium, qui oblitus est. Et dubium sit, utrum qui benevolentia vocemus, an cum, apud quem gratia beneficij inveniatur, quæm ingrati animi. Aded autem hoc turpe vitium est, et de ingratis etiam ingratii conquerantur, cum in teritum hoc omnibus hæreat, quod omnibus displaceat. Ingratissimus omnis, qui oblitus est. Et dubium sit, utrum qui benevolentia vocemus, an cum, apud quem etiam memoria intercedit, an illum, apud quem etiam memoria.

Virtutis oculi sunt, qui lucem reformidant; cæci, qui non vident. Nimirum ingratus est, qui, quod in prima parte animi possum esse debuit, & semper occurtere, ita se posuit & abiicit, ut in ignorantiam verteretur: appetit illum non saepe de reddendo cogitat, cui obrepit oblitio.

C Infinitis nominibus Deo sumus obstricti, & nihilominus tot beneficiorum memoriam flagitosè perdimus. Nulla profectio sit oratio, quæ gratiarum actione caret. Et mente & ore assidue verlanda sum illa verba: *Deo gratias*. Benedic tu Deus in aeternum: Te Deum laudamus. Benedic Domini in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia ejus. Assidua gratiarum actio mira placet Deo, qui turbam ingratorum odit, aversatur, & arcit. Et multa sanè beneficia Deus non confert, ne conseruat in ingratis. E contrario eos, qui suo benefactori memores sunt, beneficis obruit. Nam qui primo beneficio gratias egit, secundum promeruit. Ita donis dona cumulantur. Quapropter omnis oratio, simul etiam sit gratiarum actio. Ut accipias ora, quia jam acceperisti, gratias age. Hoc exp̄ressissime Paulus præcipiens: In omni oratione, inquit, & oblatione cum gratiarum actione petitiones vestra int̄olescant apud Deum.

D Sal germanicum & planè pretiosum aroma tantum usus est, ut cibis p̄nè omnibus cōdidiens adhibeat. Luscula, carnes, olera, pultes, rapa, panis ipse, ciborum optimus, saliendus est. Hoc nobis aroma pre Indiarum cibis sacaro, pipere, cinnamo est: ricer cibi, qui aromaticæ hoc perperi nolunt, in iis salubres judicandi. Ejus indolis est omne pomì genus. Cibus vel id est superbus: sed certè malignus, quod aroma nobilissimum cibus est aspernatur. Oratio ut cibus est, Deo gratissimus, qui Deo gratissime perspergatur, insulsus est & ingratus. Quo sensu Chrysostomus: Omnis, inquit, oratio nostra gratiarum actione non caret. Qui non semper Deo gratias agit, prohibet quasi Deo, ne sibi amplius beneficjat: quasi dicunt: Cessa, gratias Domine, cessa beneficere, nam & ego cessò gratias agere. Rex

Orationis
colores:

1. Orationis
color: *Gratiarum
actio*.

2. *de benef.
1. initio.*

Ingratissi-

mus est,

qui bene-

dictus est,

pejorat.

3. *vers. 1.*

4. *vers. 2.*

5. *vers. 135.*

6. *vers. 1.*